



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 19. Amarali Cancellarii, ejusque Servi supplicium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

niæ aggerem transfii, ibidemque Can- Sæcul. XVI.  
A.C. 1522.  
cellarium, ejusque famulum remotis ar-  
bitris colloquentes reperi, qui ultimus  
arcum sagitta, cuius mediæ parti com-  
plicata quædam epistola alligata erat,  
armatum gestavit, cum vero per muri  
fenestram ad explodenda tormenta aper-  
tam Cancellarius me vidisset, ex me,  
quem hic quærerem, sciscitabatur, nullo  
tamen dato responso mox inde recessit.

### §. XIX.

#### *Amarali Cancellarii, ejusque Servi supplicium.*

**A**uditis hisce testibus Judices adversus Cancellarium, ejusque famulum iudicii acta conficere festinabant, ambos Jacq. Bour-  
bon. relat. du  
Siege de  
Rhodes p.  
665.  
que morti addicebant: igitur die sexta Novembris servus laqueo suspendebatur.

Hic erat natura Judæus, sed tamen suscepito Baptismo proximus patibulo se in Christi fide, quam amplexus erat, usque ad finem perseveraturum palam profitebatur: Cancellarius vero, cum facinus constanter pernegaret, tormentis subjectus, solum fatebatur, se dixisse Liladamum forte postremum Rhodi Magistrum fore, id vero ea ex caussa, quod adversus Turcarum potentiam, qui iam tum obsidionem minitabantur, Insulam ab eo, utpote animo ac prudentia de-

P 3 stituto

**Sæcul. XVI.** stituto defendi posse, desperasset. His  
A.C. 1522. addidit, quod nequaquam ejus sermo, quem indignatio ob amissam aucupandi Magisterii spem concepta temere extorserat, juxta corticem interpretandus, nec inde crimen eruendum foret, ob quod carnificum manibus tradi promeretur. Nihilominus tam validis testium indiciis convincebatur, ut tandem, licet scelus constanter inficiaretur, nobilitatis gradu dejectus, necnon Ordinis veste exutus, sæculari judici committeretur, a quo in vincula conjiciebatur. Postera die, quæ erat octava ejusdem Memphis Novembris, haud procul a *Cruce de Padella* ad ferale pegma ductus capite plexus est, nullo dato Christianæ fidei signo, imo nec veniam a Deo postulare, nec imaginem Beatissimæ Virginis a Sacerdote ei assistente ostensam venerari voluit. Corpus ejus in quatuor partes dissectum ad quatuor aggeres, qui hostium impetu magis dejecti erant, Turcarum conspectui exponebatur.

### §. XX.

#### *Turcarum progressus in expugnanda urbe.*

**H**ujus supplicium adeo non urbis ruinam avertebat, ut etiam Solimanus majori quam unquam furore illius expugna-